illos. unusquisque rediit in sua. et iu
dith magnificata est in bethulia. et p
clarior erat universe terre isrl. Erat
etiam virtuti castitatis adiuncta. ita
ut non cognosceret virum omnibus diebus
vite sue. ex quo defunctus est manas
ses vir eius. Erat autem diebus festis p
cedens cum gloria magna. Mansit autem
in domo viri sui annos centum quinque
et dimisit abram suam liberam. et defuc
ta est. ac sepulta cum viro suo in be
thulia. Luxitque illam omnis populus die
bus septem. In omni autem spatio vite eius
non fuit qui perturbaret isrl. et post mor
tem eius annis multis. Dies autem vic
torie huius festivitatis ab hebreis
in numero dierum sanctorum accipitur. et colu
tur a iudeis ex illo tempore usque in presen
tem diem. Explicit liber . . . Judith.

Incipit prefatio sancti Jeronimi presbiteri
in libro hester.

Librum hester variis translato
ribus constat esse vitiatum. quem ego
de archivis hebreorum revelans verbum e verbo
pressius transtuli. Quem librum edi
tio vulgata laciniosis hinc inde verborum
funibus trahit. Addens ea que ex tem
pore dici poterant. et audiri sicut so
litum est scolaribus disciplinis sumpto the
mate excogitare quibus verbis uti potu
it qui iniuriam passus est. vel ille qui in
iuriam fecit. Vos autem o paula et eusto
chium. quoniam et bibliothecas hebreorum stu
duistis intrare. et inter pretum certami
na comprobatis. Tenentes hester hebra
icum librum per singula verba nostram trans
lationem aspicite. ut possitis agnoscere
me. Nichil etiam augmentasse addendo.
sed fideli testimonio simpliciter sicut in he
breo habetur. historiam hebraicam. latine
lingue tradidisse. Nec affectamus laudes
hominum. nec vituperationes expavescimus.
Deo enim placere curantes. minas hominum pe
nitus non timemus. quoniam dissipat deus ossa eorum
qui hominibus placere desiderant. et secundum a
postolum qui huiusmodi sunt. servi christi esse non
possunt. Rubricam in libro hester alpha
betum et minio usque ad theta litteram fe
cimus diversis in locis. volentes scilicet lxx
interpretum ordinem per hoc insinuare studioso
lectori. Nos enim iuxta morem hebreorum or
dinem persequi etiam in lxx editione maluimus.
Explicit prefatio.

Incipit liber hester.

In diebus assueri
qui regnavit ab india usque
ethiopiam super centum viginti sep
tem provincias quando sedit in solio
regni sui susa civitas regni eius
exordium fuit. Tertio igitur
anno imperii sui. fecit grande con
vivium cunctis principibus et pue
ris suis fortissimis persarum et medorum in
clitis. et prefectis provinciarum coram se. ut o
stenderet divitias glorie regni sui. ac ma
gnitudinem. atque iactantiam potentie sue
multo tempore. centum videlicet et octoginta
diebus. Cumque implerentur dies convivii.
invitavit omnem populum qui inventus est susis
a maximo usque ad minimum. et septem die
bus iussit convivium preparari in vestibulo
orti et nemoris quod regio cultu et ma
nu consitum erat. Et pendebant ex omni
parte tentoria aerii coloris. et carbasi
nis et iacintinis sustentata funibus
bissinis atque purpureis qui eburne
is circulis inserti erant. et columnis
marmoreis fulciebantur. Lectuli quo
que aurei et argentei. super pavimentum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_17/0710

MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG